


57. 108

Philippi iudicium de se, suisve scriptis  
 papistis, et alijs scriptorib9, seu (ut eos ipse  
 solet uocare) clamatorib9, edito Epi.  
 grammate, et picturis duabus  
 Expressum.



Comparatio hæc est. Sicut olim non tam Ionis maiestate,  
 ac vi Gigantes perterrefieri potuerunt, quam asinorum ru-  
 ditu: ita iam, non tam plane diuinis Philippi scriptis papiste  
 morientur, quam rudium clamatorum seu asinorum cla-  
 moribus.

Collatio vero est multiplex, tum excellentia, tum victoria.

Prima. Sicut Iuppiter multis modis excellit Gigantes, sic et  
 hi asinos. Ergo in finitis partibus Iuppiter asinis præstantior est.  
 Eodem modo, sicut Philippus excellit papistas, et papista clama-  
 tores, ita longe magis Philippus exuperat rudes istos clamatores.

Secunda. Sicut se habet Iuppiter ad Gigantes, et Gigantes  
 ad asinos, sic Philippus ad papistas, et papiste ad uulgi clama-  
 torum, seu doctorum Lutheranorum.